

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1970

2183

## L I T U R G I C I .

2184

*Horae de S. Cruce, de S. Spiritu, unde quaedam Folia excidere, Initia IV. Evangeliorum, Horae B. Mariae secundum usum Romanum, VII. Psalmi Poenitentiales cum Litaniis SS. in quibus Leonardus, Eligius, Amelberga &c. Vigiliae Mortuorum, et Precationes ad diversos Coelites.*

## DCCCCXIV.

H.6 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 247. 12. charactere minusculo nitido exaratus, auro coloribusque varius, et Icunculis XV. speciosis ornatus *Horarium* est continens sequentia: Calendarium gallicum, in quo *Geneuiefue*, *Eloy*, *Loys*, *Denis* miniati, complaque Nomina Sanctorum extra *Galliam* vix notorum, puta: *S. Firimbout*, *S. Baudent*, *S. Auentin*, *S. Psalmon*, *S. Verain*, *S. Boutous*, *S. Blanchart* &c. quae nec in Catalogo inserto Operi chronologico *L'Art de verifier les Dates* &c. p. 149. edit. 1770. f. omnia reperias. Sequuntur Initia IV. Evangeliorum, Officium de Beata, Psalmi de Poenitentia, Litaniae OO. SS., Horae de Cruce majores et minores, de S. Spiritu, Officium Defunctorum, et Precationes ad quosdam Coelites.

## DCCCCXV.

R.1303 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 231. 12. elegantissime perscriptus et praeter initiorum literas, marginesque vividis

avium, insectorum et florum figuris sparsos Iconibus XXXI. adfabe depictis ornatus *Horarium* est, quod, ut fit, orditur a *Calendario*. Exhibitentur in eo ad singulos Menses praeter Zodiaci Signa etiam Occupationes Rei domesticae, cumque *Amandus Trajet.* *Eligius Noviom.* *Donatianus Rhemens.* Episcopi purpuri in illo compareant, *Belgium* respici videtur. Pia porro, quae sequuntur, Exercitia haec sunt: *Salutatio ad faciem Jesu Christi*, cui subjectam Picturam ad fabulam *Tiberii* Imp. per accitam cum Servatoris Sudario *Veronicam* e morbo recreati adludere putem, *Horae de sancta Cruce*, *de sancto Spiritu*, *Missa beatae Mariae*, Initia IV. Evangelistarum, *Horae beatae Mariae virginis secundum usum romanum*, item secundum aduentum, Orationes ad diversos SS. Septem Psalmi de Poenitentia dicti cum *Litaniis*, denique *Vigiliae Mortuorum*. E Picturis multa de Vesti, Usibus &c. illius aevi cognosci posse, vix est, quod moneam.

## DCCCCXVI.

Codex membraneus lat. Sec. H.2 XV. Folior. 242. 12. luculente et pereleganter in Italia, ut videtur, scriptus, literis initiorum deauratis et picturatis, Iconibus insuper V. majoribus, et multis minoribus ab artifici penicillo speciosus *Horarium* est sequentia complexum: Officium de B. V. *Maria*, de *Cruce*, VII. *Psalmos*

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1970

2185

## C O D I C E S

2186

de Poenitentia dictos cum Litaniiis SS. Officium Mortuorum, Officium de Cruce prolixius, Missam de S. Maria cum pluribus aliis

*Con desiderio i uon cercando  
De trouare quello amoroſo*

Sub Icone Psalmis Poenit. praefixa visuntur Capita duo se respicientia, virile et muliebre, supra literis PH. infra C. signata, quae, nisi ex antiqua gemma deponita sint, fortasse Libelli Posseſſores notant.

DCCCCXVII.

C. 951. Codex membraneus lat. germ.  
Sec. XVI. Folior. 205. 4<sup>to</sup>. luctuente exaratus, auro, coloribusque ad miraculum varius, Iconibusque XLII. ea venustate pietatis ornatus, ut sumtum aegre dimitas e manibus, adlatus e Partenone Halensi Tyroleos, ubi κτημα fuit Magdalene Archid. Filiae Ferdinandi I. Imp. defunctae a. 1590. ut nomen praescriptum testatur, varia continet pietatis Exercicia conscripta jussu Wilhelmi I. utr. Bavariae Ducis, conjugisque ejus M. Jacobinae Badensis; ita enim e praefixis Insignibus arguo, artificem penicillum vero commodante Alberto Glockenton Norimbergensi, qui in Füssliniano Artificum Lexico vernac. non nisi Chalcographus et Formarum Incisor audit. Nam ita Codici praescriptum legas: *Volenndt vñnd Illumynirt Ann vñmſer framenn*

precibus, quarum ultima la Lude del nostro segnor iefu cristo, quae incipit:

*Ihesu cristo diletoſo  
Per cui amore uo ſuſpirando  
&c.*

tag Liechtmeſs. Im Jar. 1535. Durch albrecht Glockendann zu Numrmbergk. (sic) Gott Sey lob vñnd Eer in Ewigkait Amen. Inſignia mox supra dicta excipit Tabula Feſtorum mobilium produeta usque ad an. 1600. Calendarium adpietis nitidissime Signis Zodiaci, et Georgicis, et Versus memoriales de ratione anni, menſium, temperamentorum, valetudinis &c. Tum demum Officium de B. V. Maria, per quod diſtributae Icōnes Historias N. T. referentes figuris V. T. apte circumdatae ſunt. Placent fol. 54. p. 2. Angeli Palmae Cacumen inclinantes, ut Ioseph in Aegyptum profugus cum Iefu et Maria fructus decerpere poſſit. Psalmis dein Poenitentiae respondent Icōnes e vita Davidis deponitae; at vero ad Psalmum ultimum lectulus Principis moribundi depictedus est, adſtante alio Principe adolescen- te, qui Pater Albertus II. dictus Sapiens et Wilhelmus noſter Filius haberi poſſint. In remotiore, Icōnis parte conſpicitur Pontifex max. Imperatori coronam impo- nens, certe Carolo V. Bononiae 1530. Neque id a Codice alienum, cum mater Wilhelmi Cune- gundis Auſtriaca fuerit. Dein Li- taniae